ita vulgò loquuntur et scribunt Concilium esse translatum
è Tridento Bononiam, et illic nunc esse: imò S.tas Sua,
donec aliter sibi per probationes contrarias constiterit,
cum videat multo maximam partem episcoporum una
cum Legatis Sedis Apostolicæ Bononiam causa trans-
ferendi Concilij se contulisse, aliter si iusti iudicis
partes sequi velit, dicere aut appellare non potest:
nego enim minor pars in re dubiâ quòd te in tua
protestatione asseris sed maior sanior sabeni debet:
non igitur alia appellatione maioris partis episco-
porum se ex Tridento Bononiam transferentis uti
potuit, præsertim cum sciat Concilio potestatem
datam esse se ipsum transferendi: an verò legitimis
modis translatum fuerit, quoniam in eo est contro-
versia, hoc iudicium s. S.tis prout ad se delatum est, sibi
reservat: Concilij tamen appellationem non auferre,
donec ut dicis alterius partis probationibus error et
iniustitia modi transferendi ostendatur. adiungis
verò nescio quid in illa tua querela iniuste, ut dicis,
translationis Concilij, quod non tàm ad Prælatos illos
pertinet, qui auctores eius rei fuerunt, quàm ad eius
Stem in eadem causa, et ut dicis, crimine involvendam,
cum dicis Prælatos quosdam obnoxios et addictos
nomini Suæ S.tis hoc fecisse. quid verò tu D. Orator,

an ut

an ne hos accusas qui sunt addicti sic illos laudas,
qui Tridenti manserunt, quòd nomini Pontificio non
sunt addicti! at vides quale periculum inde timeri
potuerit, nego enim scisma alia è re nasci solet, quàm
ex his Prælatis, qui nomini Pontificis Romani minimè
sunt addicti: si verò addictos intelligis factiosos quos-
dam, qui partes S. S.tis sive vel iniuria defendere ne-
lint, tales quidem S. S.tas nullos cognoscit, quia partes
suas nullas propias agnoscit præter eas quæ sunt patris
erga filios, et pastoris erga gregem. nego verò accidit
adhuc in Concilio ulla talis controversia, ut huiusmodi
addictis opus esset. tantum denique S. S.tas sibi addictos
episcopos esse cupit, quatenus sua conscientia et liber-
tas, cuius præcipuè semper in Concilio habita est ratio,
addictæ esse nelint. nego verò quicquam fuit, quod
S. S.tas Legatis suis discedentibus maioris curæ mandâ-
verit, quàm ut viderent ne Patribus in Concilio ullam
occasionem de adempta sibi libertate dicendarum
sententiarum conquerendi præberent. sed transea-
mus ad reliqua, quæ apertis oculis obijcis S.ti suæ.
Ad illud verò imprimis, in quo insistis maximè,
quòd sua S.tas nullis nec Cæsaris, nec Ser.mi Po: Regis
hortationibus, nullis aliorum Principum Germaniæ
vel hortationibus vel precibus sibi persuaderi patiatur,